

one substantiali-

a in ratione
tia quae ita est
componat unum
bectivum opera-
bus. Hujusmodi

lla quae nec par-
cas partes resolvi
humana, angelus,

Illa quae ex
ne constat; ut

quae est perfecte
nunicabilis. A-
ter se integrum
delicet quae nec
tari potest. Ex.

e rationalis. Ex.

Entitas cui na-
in alio ut in sub-
pore.

realitas quaedam,
b eaque depen-
rem tamen in se
antiae ipsi. Hu-
alia hujus gene-
is quam praese-
substantiae com-
sint.

Accidens modale, ut vox ipsa indicat, vix entitatem significat, et potius designat *statum* essendi substantiae cui tale accidens tribuitur. Hinc dicimus quod *stare* vel *sedere* sunt accidentia modalia hominis, et talia sunt *curvitas*, lineae in circulo, digitorum *extensio* vel *contractio*. Quocirca modi non efficiunt substantiam, ut accidentia absoluta, sed potius efficiunt immediate ipsa accidentia absoluta et ipsis median-
tibus substantiam ipsam; sicut *curvitas* virgae imme-
diate afficit virgae quantitatem; et ex hoc generatim loquendo, potest assumi criterium ad distinguendum accidens modale ab accidente absoluto.

QUALITAS. Accidens modificativum, seu dispositivum substantiae in seipso (S. Th.). — Accidens complens ac perficiens substantiam tam in existendo quam in ope-
rando (Albert. Magnus). Qualitatis divisio: 1o *habitus* et *dispositio*; 2o *potentia* et *impotentia*; 3o *passio* et *passibilis qualitas*; 4o *forma* et *figura*.

Habitus. Dispositio, secundum quam bene vel male disponitur subjectum aut in seipso aut in ordine ad aliud. *Aliter*: Qualitas ex se stabilis, ordinata ad potentiae operationem adjuvandam ac facilem reddendam. Hujusmodi est v. gr. *scientia* vel *temperantia*.

Potentia. Principium seu aptitudo aliquid suscipiendi vel faciendi; ita in rege est potentia con-
dendi leges, in cera est potentia suscipiendi figuram. Inde duplex est potentia: *activa*, quae in *faciendo*, et *passiva*, quae in *suscipiendo* consistit. Potentia passiva dicitur *naturalis*, si sit ad actum viribus naturae pro-
portionatum, *obedientialis* vero, si sit ad actum vires naturae excedentem et a Deo inductum, prout supra naturae leges in creaturis operatur.

QUANTITAS. Partium extra partes positio. *Aliter*, cum S. Thoma: Positio, seu ordo partium in toto. Divi-